

1490 \bar{u} = 25. Junij.

Ex Orig. arch. regni. 561.

Wazimir regis super summam 340.
aurorum in oppido Radomskye et villis,
Dobeslao de Kurozwauki, inscriptio.

Wazimirus Dei gratia rex Poloniae,
magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque
Dominus et heres etc. Significamus tenore
re presentium universis quibus expedit,
quia propter fidelia servitia Magnifici
Dobeslai de Kurozwauki palatini Lubli-
nensis nobis et Reipublica exhibitos si-
bi in oppido nostro Radomskye tenentia
ipsius et villis ad illud pertinentibus
trecentos et quadraginta florenos hun-
garicales puri auri et justis ponderis
Dedimus et inscripsimus, Damusque et
inscribimus presentium per tenorem
per ipsum Dobeslaum et suos successores
legittimos prefatum oppidum et villas
ad illud pertinentibus cum omni jure
Dominio et proprietate tenendum, ha-
bendum, pacifice et quiete possidendum
iuxta vim et continentiam literarum
capitalium Desuper concessarum, usque
ad plenariam prefate summe tricento-
rum et quadraginta florenorum, cum
alijs annuis in predictis capitalibus
et alijs literis inscriptis, sibi aut succes-
soribus suis per nos aut successores

nostros



nostros solutionem, jurebus nostris re:
galibus per omnia salvis remanenti:
bus. Harum quibus sigillum nostrum
est appensum festinone literarum.
Datum Craovia sabbato post festum
sancti Joannis Baptiste, anno do:
mini millesimo quadringentesimo nona:
gesimo

Gregorius Vicecancellarius sub:
scripsit.

Relatio venerabilis Gregorij de
Ludbranz, regni Poloniae Vicecan:
cellarij. ~

Ta Kopia przepisana z Onyginata par:
gaminowego amishitowarego, dnia
dwudziestego drugiego miesiaca Lu:
tego, Roku pauskiego 1785.ego, w
ktorego Datu wisi na Zawiasce parga:
minowey pieczce. ~